Fragmentarium

Quamuis primus homo peccauit · per quam formam cognitione deseruit · [illegible]
Dei · manet in eo appetitus beatitudinis · Etiam in miseria sua tempus quas
patitur merito peccati · recordatur homo beatitudinis et semper appetit ·
Humana igitur natura idonea erat · sed per liberum arbitrium uulnera
uit se ; Nostra delicta uoluisti nostra salute · Semper uoluisti manere in humana natura
Ait autem ei ihesus · quid uis faciam tibi · Petere tu · ego faciam tibi · Deus enim uult
sanare nos · si nos uelimus saluari · Qui autem non uult saluari · per uult deus sa
nare · Interrogat cotidie saluator · quid uis ut promtissimum facere · In
te remanet · in tua tarditate retinebitur · Mea presentia semper est ·
Fides tua te saluum fecit · Quem enim credit qui gratiam recipit · se ipsum sal
uum facit · Non enim dixit te saluum facio · aut feci · sed fides tua · Non
enim angelus saluat hominem · nec deus ipse · sed fides sua ; Quem enim non sequitur Christum
nihil uidet · Nullus enim christianus de uita christi dubitare debet · sed quicquid audit
passum esse christum · cum omni fide credat ;
Ad hoc creata est · ut uideret pacem in qua constituta est · Nam omnis anima
christiana bona · templum dei est · Ad hoc enim creauit deus angelum et hominem ut angeli
et homo domus dei essent · Flet ergo deus cotidie · uidens ruinam animarum
nostrarum · Deus enim non deserit naturam nostram propter semper est · igitur est ditor · qua
uis non uideamus ; Si non uideamus tamen per nostra stultitia ; Misericordia omnino tus
prestat auxilium · Paratur ad medicinam suscitat nos cotidie quamuis occulte ·
Dicitur a nobis · si cognouissemus quanta mala uentura nobis essent et fle
uissemus cotidie in ierusalem · id est · corpus et anima hominis ;
Nullus tamen debet expectare de die in diem · sed sit semper flens et a
periat oculos suos · et uideat ihesum flentem · et misereatur ei · Tres sunt
uirtutes in unoquoque corpore · Tribus lapidibus constat homo ·
Essentia · uirtus · et possibilitas · hec omnia insuperabilitas · Si aliquid
horum defuerit · cetera remanebunt ; Si etiam possibilitas aufertur ·
uacua essentia ; Uideat unusquisque nostrum puritatem suam · et per essentiam
inluminet sua potentia · Et non alia ob culpa hoc agitur · sed quia non
cognouit tempus uisitacionis sue · Omne enim consilium quod bonum agitur
in corpore · nullo modo dubitandum · quia aliud non est · nisi et deo · Quanto
tempore fuerit homo in hac uita · uisitatur cotidie · Postquam egressus
fuerit · non est tempus uisitationis · Ingreditur cotidie deus templum animae

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 91.2, 4r – Augustinus: Retractationes; Texts on the exegesis of the Gospels; Opus incertum de virtutibus et vitiis (https://fragmentarium.ms/view/page/F-bg1a/2301/26696)